



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 83. Lotharingii postulam de residentiae decreto per Legatos
proponendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

§. LXXXIII.

Lotharingii postulatam de residentia decreto per Legatos proponendo.

*Pallav. c. 7.
num. 4.*

Infuper Lotharingius, ut decretum de residentia Patrum sententiis exponeretur, a Legatis petebat, subjungens, si id renuerent, se palam facturum, quod Synodus libera non esset. Perceptis hisce minis Legati pollicebantur, se Decretum proposituros, ita tamen, ut declararent, illud non a se, sed a Lotharingio fuisse confectum. Hac pollicitatione ille lætissimus, in eo Legatorum assensum illico Cæsareis aperuit: verum Imperatoris Legati, cum inde ingens inter Patres dissidium excitari intelligerent, ipsimet ceteris primi palam hæc declarabant: „nihil magis a Cæsaris animo „alienum est, quam ea exigere, vel pro- „ponere, quæ pacem turbare, ac sus- „fragiorum libertatem adimere possent, eadem quoque Oratores ipsimet significabant Lotharingio, qui Cæsareos a Gallorum partibus recessisse dolebat.

§. LXXXIV.

Lotharingium a Synodi Legatione excludendi rationes si a Gualterio expositæ.

Infuper Lotharingius in acres effundebatur querelas, eoquod in Synodi Legatione